Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Sed quia peccata querebant in eo quia peccata non habebat. restabant ut
fingerent quod non inuenienebant; Ideo quiquerebant mala mea/
loquuti sunt uanitatem non ueritatem; Nosti s quanta f. ilsa testimonia
dicta in dnm antequam pateretur / nosti s falsa testimonia dicta etiam cum re
surrexisset. Nam illi milites custodes sepulcri. de quib; esaias dixit.
ponam malos pro sepultura eius; Mali enim meruerunt / et ueritatem dicere
noluerunt. et corruptam mendacium seminauerunt; Adtendite
qualem uanitatem loquuti sunt; interrogati sunt etiam ipsi et dixerunt.
cum dormiremus uenerunt discipuli eius / et abstulerunt eum; hoc. e.
loquuti uanitatem; Si enim dormiebant / unde sciebant quod gestum erat;
Ergo ait; Ego autem uelut surdus non audiebam; quia de eam quae au
diebat non respondebat. tamquam non audiebat; Ego autem uelut
surdus non audiebam. et sicut mutus non apperiens os suum. et repe
dit eadem; Et factus sum sicut homo non audiens / et non habens in ore
suo arguciones; Quasi non. ea. quod illis dicere. quasi non. ea. unde
illos arguere; Nonne dum ante multa increpauerat / multa dixerat
uae uobis scribae et pharisaei. ypocritae et multa alia; Tamen quando
quando passus. e. nihil horum dixit. Non quia non habebat quod dicere.
sed expectabat ut complerentur illi omnia. et implerentur omnes pphetae
de illo de quo ediuerat. et sicut ouis coram tondente se non aperuit
os suum; Opostebat ergo ut taceret. et in passione. Non tacturus
in iudicio; Iudicandus enim uenerat / qui postea iudicaturus uenire.
Et ideo cum magna potestate iudicaturus. quia cum magna humilitate
iudicatus; Qnm in te dne speraui / tu exaudies dne deus meus;
Tamquam si dicere / tur / quare non aperuisti os tuum. quare non dixisti
parate. quare non in cruce pendens. iniquos arguisti; Sequitur
et dicit; Qnm in te dne speraui / exaudies dne deus meus; Monuitte
quid facias; si forte incurrerit tibi tribulatio. quaeris enim te
defendere. et forte nemo accipit defensionem tuam; Iam uperturba
ris. et quasi perdideris causam tuam / quia nullius habes defensione
aut testimonium; Custodi in te innocentiam tuam / ubi nemo oppri
mit causam tuam; Pereat ut in te falsum testimoniu / sed apud
homines. Numquid apud dm ualebit; Ubi causa tua dicenda. e /
quando iudex deserit aliud testis. Quam conscientia tua noneritis
inter iudicem iustum. et conscientiam tuam / noli timere Nisi causa tua;